

Ego Joannes Orach, Parochus Ecclesiae Sancti Jacobi Apostoli fundatae in oppido Perlak, Dioecesis Zagrabiensis, in Districtu Insulae intra Dravum et Muram existentis, testor: me in Parochia mea nullum habere poenitentem Hungarum, solaque lingua Croatica Sacramenta Poenitentiae et Matrimonii &c. administrare, et Verbum Dei Populo meo praedicare, meque ipsum esse Croatam. Et in fidem subscripsi ac Sigillo meo communivi. In Curia mea Parochiali die 15. Decembris 1701.

Joannes Orach, idem qui supra m. p.

(L. S.)

Ego Joannes Josephus Jarnich, Parochialis Ecclesiae St. Viti, Modesti atque Crescentiae M. M. fundatae in inferiori Vidovecz Rector, Dioecesis Zagrabiensis, in Districtu Insulae intra Dravum et Muram existentis, testor: me in Parochia mea nullum habere Poenitentem Hungarum, solaque lingua Croatica Sacramenta Poenitentiae et Matrimonii &c. administrare et Verbum Dei Populo meo praedicare, meque solum esse verum Croatam et non Hungarum. Et in fidem subscripsi ac Sigillo meo communivi. In Curia mea Parochiali die 15. Mensis Decembris Anno Domini 1701.

Joannes Josephus Jarnich, Ecclesiae Parochialis S. S. Viti, Modesti atque Crescentiae M. M. fundatae Rector m. p.

(L. S.)

Ego Stephanus Preketh, Parochialis Ecclesiae Sanctissimae Trinitatis in Praesidio Legrad fundatae Rector, Dioecesis Zagrabiensis, in fine Insulae intra Dravum et Muram existentis, testor: me in Parochia mea alternis diebus festis et Dominicis (tam verbum Dei, quam Poenitentiae et Matrimonii Sacramenta, toties quociens necessitas occurrit) administrare, meque ipsum esse Natione Ungarum. Et in fidem subscripsi ac Sigillo meo communivi. Datum in Curia mea Parochiali die 15. Mensis Decembris Anno 1701.

Idem qui supra Ecclesiae Sanctissimae Trinitatis in Legrad fundatae Rector m. p.

(L. S.)

Ego Henricus Eques de Gvaltenberg, Regni Bohemiae Provincialis, Excell. D. D. Sacko Im. Comitis de Königseeg, Consiliarius, nec non Excell. et Ill. D. Dni Marchionis de Prie, totius Insulae Muraköz bonorum ab Arce Chaktornya dependentium Conplenipotentiarius, Testor Suprascriptos Dominos Rectores vere in praenominata Insula Muraköz intra Dravum et Muram omnino in territorio et pertinentiis ad Arcem Chaktornya pertinentibus commorari vulgaremque ac communem linguam esse Croaticam seu Slavonicam. In cujus rei majorem fidem me propria manu subscripsi et Sigillo meo communivi. Chaktornya 20. Decembris 1701.

Henricus de Gvaltenberg m. p.

(L. S.)

Ex Actis Augustianorum Fluminensium, in Archivo Regni Croatiae asservatis.